M0011044: Porta: De humana physiognomonia, 1586: page 75

Publication/Creation

1949

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/eqdvprtz

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

in magni Herois effigiem efformaret. Nemini etiam virtute bellica fortitudine, & liberalitate ſecundus fuit. Magnus Sfortia elatum à medio naſum habuit, fuitq; magnanimus, & fortis, Iouio referente. Mahometus ſecundus Turcharum rex adunco fuit naſo, & eminenti, vt ſuperius labrum attingere videretur, & elato fuit animo. Ioannes Aſſymbeius cognomento Vſſumcaſſanus gripho fuit naſo, oculis ingentibus, læto, & hilari vultu, liberalis, clemens, bellicoſiſſimus, & gloriæ appetens. Hyſmaël Sophus Perſarum rex naſo etiam adunco vegetis, & micantibus oculis, liberalis, ambitioſus, bello fortiſſimus, inter pericula gaudens, & magnanimus. Selinus Baiazetis filius arcuato naſu, liberaliſſimus, Cæſaris Alexandri æmulus. Solimanus etiam Selini filius adunco naſo, bellator, & liberalis.

Hoc Schoemate galli naſus incauus, cum conuexa circulari frontis ſuperficie exprimitur, cum humano ad eiuiuſmodi formam effigiato, infra deſcribendo.



Incauus naſus ante frontem, rotundus, & ſupereminens rotundum.

VT ſe habet antiqua translatio Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Qui naſum concauum, habent, ante frontem rotundum, & ſupereminens rotundum, luxurioſi ſunt, & ad gallos referuntur. Nos cum eiuſmodi naſum ignoraremus, tùm Ariſtotelici textus corruptione, tum interpretis translatione, gallos conſuluimus, atque diligenti eorum inſpectione, ita textum, & ſenſum verbis accommodauimus, habet enim gallinaceus gallus ante frontem in confinio naſus valleculam quandam, vel incauum quoddam, & pars ea naſi ante frontem rotunda, & inde frons à naſo ad capillorum radicem, velut circuli circumferentia: Vt verba textus translata dicant. Qui ante naſum habet incauum, & partes, quæ ante frontem rotundas, circumferentiam verò ſupra aſſurgentem, & cætera.